Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

illis. Ecce in ciuitatem
et occurret vobis homo
lagenam aque baiu
lans. Sequimini eum
et quocumque intrauerit
dicite domino domus
quia magister dicit.
Vbi est refectio mea
vbi pascha cum disci
pulis meis manducem.
Et ipse vobis de
monstrabit cenaculum
grande stratum. et illic
parate nobis. Abie
runt discipuli eius et
venerunt in ciuitatem
et inuenerunt sicut di
xerat illis. et parauerunt
pascha. Vespere autem
facto venit cum duode
cim et discumbentibus eis
et manducantibus. ait
ihesus. Amen dico vo
bis. quia vnus ex vob
is me tradet qui mandu
cat mecum. At illi cepe
runt contristari. et dice
re sigillatim. Numquid
ego. Qui ait illis. Vnus
ex duodecim qui mun
git mecum manum in
catino. Et filius quidem
hominis vadit sicut
scriptum est de illo. ve
autem homini illi per
quem filius hominis
tradetur. Bonum erat ei
si non esset natus homo ille.